

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dormi Secvre: Vel Cynosvra Professorvm Ac Stvdiosorvm
Eloqventiæ,**

in qua Centvm Et Viginti Themata Oratoria. Non Solvm Stvdiosis, Sed &
Professoribus eloquentiæ, ac pietatis veræ amantibus utilissima &
pernecessaria explicantur ; Cum Indice rerum atq[ue] verborum locupleti

Tympe, Matthäus

Coloniæ Agrippinæ, 1650

XX. Iræ detestatio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38994

Præterea eum, cui difficultis videtur labor, mon
nebis, ut cogitet, Christum sua passione omnem
sustulisse difficultatem, ut consideret labores ipsius pro nobis, ut contempletur omnium creatu
rarum indefessum laborem, ut videat quantus la
bor sustineatur passim ab omnibus ad consequen
dos honores, opes, aliasque perituras huius mun
di vanitates, ut urat & absument omnem corpora
rem exemplis Sanctorum, qui ad culmen virtu
tum pervenerunt, & dicat cum S. Augustino: Tu
non poteris quod isti & ista potuerunt; denique in
vocet auxilium ejus, qui omnia facilia reddere
potest, quemadmodum Sancti, cum rem suis viri
bus difficultem agerent, Dei opem suis precibus de
vocabant, atq; ita omne onus laboris facilis per
ferebant.

In PERORATIONE hortaberis Auditores, ut
forti & generoso pectore huic virio resistant, pi
gritiae, inquam, laqueos disrumpant, & seriò veræ
pietatis exercitiis videntur.

XX. IRÆ DETESTATIO.

EXORDIUM. Inter alias Resp. Christianæ pe
stes magnas vires ira sibi sumpsit, quæ quia
multos occupavit, & in multa mala præcipitavit,
certum mihi est pauca in eius vituperationem di
cere. Neq; enim ferendum est, ut ista immanissi
ma bellua in florentissimo Christianæ Reip. regno
ita impunè gressetur, cum alias feras, urbibus ac
monibus imminentes, arceamus procul atq; pro
pulsimus.

PARTITIO. Priori dictionis parte hoc iræ vi
tium suis quasi insignibus depingendum est: al
tera vero, qua ratione hæc crudelissima bestia pro
figanda sit demonstrandum; ubi etiam fons atq;
origo, unde hoc vitium manat, exemplo pruden
tis medici, morbi radicem investigantis, inqui
renda est.

CON-

*Quid ira de
formitatus at
turpitudinis
habeat, &
incommode
rum homini
bus adferat.*

CONFIRMATIONIS I. LOCUS à turpi
Immanum enim ferarum est ita perruptis repa-
gulis ac frænis furere. Homini verò, qui omni-
suas actiones ratione, prudentia, & consilio mode-
rari debebat, probrosum & indecorum est ira &
furor i cedere.

Teterrimi.
effectus ira-
cundorum.
Prov. 15.18.
c.27.v.4.
Vide in Thea-
tro vindictæ
divinæ loca
de maledi-
ctione, bla-
phemiss,
&c.

II. Ab inutili. Nam PRIMÒ hæc mater admo-
dum infelicem & perniciosa parit prolem, tu-
morem mentis, rixas, contumelias, vocem incon-
ditam, clamorem, indignationem, appetitum vin-
dictæ, blasphemias; hinc manant jurgia & cædes
Hinc S. Basilius Hom. 10. de Ira: Effrenes lingua, ali-
ora incustodita, contumelia, probra, verbera, &c. alii
eiusmodi sunt ira fructus. Ob iram ensis acuitur, mo-
homini ex homine venit, non eis senectus venerabilis
non vita virtus, non generis propinquitas, non parentis
Quin & maximum se in malum sapiens conjiciunt. O
studio vindicandi se ipsos negligunt. Nam & omnifera
venenata impudentius ruunt, nec prius desistunt, quan-
magno & intolerabili malo animum exatiarint, mem-
brorum mutilationes, vulnera, mortes, præmium pugna-
fuerunt. Hæc illustrabis exemplis. Theodosius
ira succensus multos interfecit, & propterea ab
Ambrosio vinculo Excommunicationis implicatus est, &c. SECUNDÒ, Præter animi tranquillitatem, concordiam etiam communem & bonam
corporis valetudinem lædit. Syr. 30. v. 26. Zelus &
iracundia minuunt dies: & ante tempus senectutem ad-
ducunt cogitatus. TERTIÒ, Per iram, ait S. Gregorius Moral. c. 31. sapientia perditur, ut quid, queve ordinis
agendum sit, omnino nesciatur. Hinc Salomon Prov.
22. v. 24. Ira in sinu stulti requiescit. QVARTÒ, Per
iram justitia relinquitur. Jacobi 1. v. 20. Ira viri ju-
stitiam Dei non operatur. QVINTÒ, Efficit ira ira-
scentem deformem. His subjicies hominis ira facibus
inflammati descriptionem. Fœdos motus, & gestus
iracundorum, sic describit S. Basilius, Hom. 21.

Scrip.

IRÆ DETESTATIO.

Si

Scriptura, inquit, tibi dicit, vir iracundus turpis est.
 Quomodo turpis est? quia humanam quasi figuram
 amittit, fera speciem indutus. Considera parumper ira- Ennius ira-
 zum, furit, debacchatur, immutantur oculi, turbidi dicit insani-
 sanguinisq; sunt, cor accenditur, sanguis commovetur. initium Cic.
 Hunc videoas ut aprum dentes acuentem, loqui saepe in-
 cipientem, at verba imperfecta relinquenter. S. Chry- 4. Tuse.
 lostom. Cum, ait, circa precordia effertur ira, ignem
 emitit, tota inflatur facies, incompositè manus mouen-
 tur, ridiculè prossilunt pedes, rixam dirimere conantibus
 insultant, in eosq; nulla ab insanientibus differentia ir-
 ruent. S. Gregor. Ira stimulis, ait, accensum corpori- 5. Mor. 6:388
 pat, corpus tremit, lingua se præpedit, facies ignescit, ex-
 asperantur oculi, & nequaquam recognoscuntur nocte.
 Lingua quidem clamorem format, sed sensus quid lo-
 quatur ignorat. In quo itaq; iste ab arreptius longè est,
 qui actionis sua conscius non est. Similia habet Sene-
 ca, & tandem concludit: Qualem putas esse animum,
 cuius externa imago tam fœda est? Ira ergo homi-
 nem effera bestiae similem facit, ut in hominem
 tanquam exagitatus ursus ruat, tanquam serpens
 oculis intumescat, veluti leo exardescat, ore velut
 aper spumas agat, totoq; cultu corporisque gestu
 ita se habeat, ut immatissima bellua humana for-
 ma induita esse videatur. Si tanta deformitas cor-
 poris est, quæ oculis cernitur, quanta erit animi
 ira furentis? quæ si oculis videri posset, quomodo
 non iracundos, turpissimos ac sordidissimos homi-
 nes esse judicaremus? certè liberaliter instituti
 facilè vident quantum animus iratus sit deforma-
 tus, si externam hominis formam sic immutat.
 Sexto nihil æquè obscurat rationis usum ac
 passio iracundiæ. Hinc Cic. Iratos, inquit, propriè
 dicimus exisse de potestate; id est de consilio, de ratione,
 de mepte. Hac de causa Sanctus Ambrosius, Me- 4. Tuse.
 diolanensis Archiepiscopus, quondam ab Imp. Pla.
 Theodosio, cum præcipiti ira se yltus esset contra

Pars I.

E

Theſſas

Hier. epist. 9. Thessalonicenses, voluit condillegem, ut si qui ob
 Ambr. 1. de maleficium Cæsaris edicto juberentur occidi, id
 Offic. c 21. 3. non nisi post 30. diem fieret, ut interea temporis
 de Ira c. 12. maturo sedatoque animo ac rebus omnibus ratio-
 Quæ mentis nis libra perpensis, aut parcendum esse videretur,
 imperium & bram compe- aut vindicandum. Hinc & apud Ethnicos Athe-
 scant, & ani- nodorus Philosophus ex aula Augusti, discedens,
 mi cogitatio- monumenti loco id ei postulanti reliquit docu-
 nes in tran- mentum, ut ira inflammatus nihil ante statueret
 quillum sta- vel imperaret, quam alphabeti Græci litteras pro-
 tum dedu- nuntiasset. Quod documentum Cæsar tanti fecit,
 cant.
 Hom. 10. ut illum ab aula dimittere noluerit. Eadem de cau-
 2. Reg. 10. 11. sa etiam Architas Tarentinus ad villicum negli-
 Hom. 3. de gentem: *Iam te, inquit, verberibus enecassem, nisi ira-*
 David &
 Saule.
 Exod. 1. 5.
 v. 19.
 Syr. 45. v. 4. *tus essem.* Eadem de causa Seneca Platonem à ver-
 beratione servi abstinuisse scribit.

SECUNDA PARS docebit rationem, hanc pestem
 à mente & toto corpore arcendi. Hortaberis enim Audi-
 tores, ut considerent, PRIMO EXEMPLA mansue-
 tudinis eorum, qui occasione data patientes fuere?
 qua mansuetudine magnus DAVID, ut loquitur B. Ba-
 silius, iniquitatem Semei tulit: non enim ira locum de-
 dit, in Deum causam transferens, quoniam Dominus, in-
 quirit, Semei mandavit, ut maledicat David. Saul semel
 & iterum, inquit S. Chrysost. imò sapiens servatus est à
 Davide, cum ipse multis modis illi struxisset insidias.
 MOYSES pro populo contra se murmurante Do-
 minum exoravit. JOSEPH fratribus suis non suc-
 censuit, sed bonum pro malo rependit. Ipse Christus ad opprobria, & calumnias gravissimas tan-
 quam agnus coram ridentे se, ut loquitur Esaias
 Cap 58. v. 7. obmutuit: *Qui cum malediceretur, ait B. Petrus, non*
 Epist 1. c 2. *maledicebat: cum pateretur, non comminabatur.* Qua-
 v. 23. *re merito* Apostolus cum in exemplum omnibus
 Heb. 12. v. 3. proposuit dicens: *Recognoscite eum &c. alapa casus es?*
 Hom. 10. *inquit Basilius, expuis aliquis in faciem? Eadem &*
Dominus est passus, &c.

IRÆ DÉTESTATIO.

83

S E U N D O considerent, quantum dedecus sit hominem, tam nobilè animal, qui à nullo alio vult vinci, ab ira superari, maxime cùm iræ habetas lazaræ, nihil sit aliud, quām crudelissimo tyranno & belluz obsecundare. **T E R T I O**, quām præclaræ ac pylchra virtus sit mansuetudo, quæ licet omnes alios deceat Christianos, in primis tamen studioſos adolescentes, ac sapientiæ discipulos vehementer exornat, adeoque ipsis est necessaria ad magnam doctrinam ac sapientiam aspirantibus, ut magnus ille Christianæ Philosophiæ professor Christus nullam fere aliam lectionem suis Discipulis proponere videatur, quām, ut propulsator iræ virtio, mites atque mansueti sint. Hinc eos, qui se ipsis disciplinæ erudiendos tradiderunt, velut ex magistrali Cathedra, in hunc modum alloquitur: *Discite à me, quia misericordia sum, & humilitas corde.* Mansuetudinem exigens, & humilitatem: quarum illa facit, ut discipulus propter mores à Præceptore reprehensas benigno pacatoque animo reprehensionem accipiat: hæc facit, ut præceptor docenti libenter humilieturque assentiatur. **Q V A R T O** ex ardescētē iræ flamnam, priusquam erumpat, restinguant, juxta illud: *Principis obstat, facilius est hostem in aperito campo exiguis viribus nondum urbem ingressum vincere, quam si in urbe ac intra mœnia receptus insidietur.* **Q V I N T O**, quando non statim iram compresserunt, saltem caveant diutius eam fovere & retinere. *Sol, ait S. Paulus, non occidat super iracundiam vestram, nolite locum dare diabolo.* **S E X T O**, si velint irasci, irascantur sibi tanto-pere ad iram pronis; irascantur diabolo, qui homines ad quævis scelerai impellit: nunquam enim equo in nos impetum facienti irascimur, sed potius illi, qui equum in nos incitat, irascantur deum non personis, sed vitiis. Matt. 5. v. 48 Eph. 4. v. 29

mi. - Met. S. V. 23

CE- Eph. 4. v. 20

In CONFUTATIONE præoccupabis hanc Objectionem: Iram cohibere admodum difficile est. Ed enim, si illi restiterint, fortiores ipsos judicare dicces: ut navigia præclara putantur, non quæ in tranquillo navigant, sed quæ feliciter tempestatibus superatis cursum tenent.

EPILOGUS monebit Auditores, ut mansuetudinis ac patientiae præsidii contra hanc belluam continenter in acie dimicent, seu pugnant.

XXI. DETESTATIO peccati.

EXORDIUM ab occasione temporis. Æquissimum tibi videri, cum peccandi licentia sic invaluevit, quasi peccati nulla penitus turpitudo foret, aliquid in detestationem peccati commemorare, quo eius gravitas, turpitudo ac pestilentia rectius intelligatur.

CONFIRM. I. Locus à turpi. Quod turpe sit omnes res, etiam rationis expertes & inanimatas, ad finem naturaliter ipsis præscriptum tendere, hominem non solum turpiter per peccatum ab eo deflectere, præsertim cum rationem habeat & intellectum, quorum ductu finem suum facile assequeretur. Quid hoc indignius? Occasas hominum mentes & alta caligine circumfusas!

Homo creatus est à Deo non ad peccatum sed ad divinum servitium.

II. Ab effectis seu incommodis. Nam peccatum mortale non solum multis Bonis donisq; spiritualibus hominem Christianum spoliat; sed etiam multis magnisq; Malis & calamitatibus eundem afficit, obruit, & immergit.

Cap. 14. v. 7.

PRIMO, Eum exturbar è gratia & amicitia Dei Opt. Max. familiaritate Spiritus Sancti. Similiter enim, auctore Sapiente, odio sunt Deo impius & impietas ejus. Tanto vero odio Deus peccatum maximè lethale, prosecuitur, ut eius magnitudo nulla